

XCV. AENARIA INSVLA (*Ischia*).

(cf. C. I. Gr. 5864 cum add. p. 1259)

Insula Graecis dicta Πιθηκοῦσσα (sic inter alios Strabo 5, 4, 9 p. 247. 248 et 6, 1, 6 p. 258; Liv. 8, 22, 6; Ovidius metam. 14, 90; Plinius 2, 88, 203; Appianus b. c. 5, 69; quibus locis omnibus extra dubium est eo vocabulo unam insulam hodie Ischia significari) vel Πιθηκοῦσσα (Scylax c. 10; Strabo 1, 3, 19 p. 60. 2, 5, 19 p. 123; Mela 2, 7, 124; Plinius 3, 6, 82; Ptolemaeus 3, 1, 79), ut mittamus nomen antiquissimum quod volunt, vere natum ex eruditione perversa Inarimen (Vergilius Aen. 9, 716 cum scholiis; Strabo 13, 4, 6 p. 626; Plinius 3, 6, 82; Stephanus s. v. Ἰνάριμα), Latinis Aenaria (Appianus 5, 69: ἐς νῆσον τὰς Πιθηκούσας, ἣ νῶν ἐστὶν Αἰναρία; Plinius 3, 6, 82: Aenaria a statione navium Aeneae et alibi: uisssed errant qui iuxta ponunt Pithecusas et Aenariam Livius 8, 22, 6; Mela 2, 7, 124; Plinius l. c.) a Graecis in Italiam appulsis prima occupate esse dicitur, relicta deinde sede colonorum Cumas translata (Strabo 5, 4, 9 p. 247; Liv. 8, 22; supra p. 350). Obtinuit insulam rex Syracusanorum Hiero (Strabo l. c.), scilicet prior (cf. Strabo 6, 2, 3 p. 268) post victoriam Cumanam a. Chr. 474 = u. c. 280. Postea Neapolitanorum facta est (Strabo l. c.), quorum temporum videtur esse titulus incisus cippo ingenti iacenti in monte de Vico (C. I. Gr. 5864; ego *unterital. Dial.* p. 197 de visu): Πάσιος Νυμφίου, Μάιος Πακούλλου ἄρξαντες ἀνέθησαν τὸ τοίχιον καὶ οἱ στρατιῶται, nam Osca nomina praefectis militum Neapolitanis apprime conveniunt (supra p. 170). Neapolitani insulam

6786 [= 3513] in insula Ischia in loco adhuc dicto Nitroli in valle Foriae prope Serraram, ubi thermae sunt, sacrarium Apollinis et Nympharum Nitrodarum sive Nitrodium eruderatum esse et tredecim inde anaglypha illata in museum publicum Neapolitanum scribit Franc. DANIELE vol. VIII (1792) p. 227 antiquitatum Herculensium; ipsa nec Danielius recenset neque ullum exemplar eorum hodie notum est ab aequali exceptum. Itaque praeter ea, in quibus legitur nomen Nympharum Nitrodium (*Nymphis Nitrodias* n. 6789; *Nymphis Nitrodias*, at est *Νιτροδίας* n. 6790; *Nymphis Nitrodibus* n. 6786; *Νύμφαις Νιτροδέσι* ad n. 6786) legitur, reliqua quae fuerint, in coniectura fere positum est. — Haec extat Neapoli in museo inter anaglypha.

Apollo laureatus sedens lyram tenens	Nympha aquam ex urna effundit	in concham alterius Nymphae	Nympha ad urnam columnae impositam
---	----------------------------------	--------------------------------	---------------------------------------

APOLLINI · ET · NYMPHIS · NITRODIBVS
C · METILIVS · ALCIMVS · V · S · L · A

Descripsi ego, recognovit Dessau. Ed. Chevalley de Rivaz p. 38; Corcia *storia* II p. 183; Stephani p. 26; Avellino inscr. mus. Borb. p. 47 n. 72. — Addidi Graecam Ischiae rep. ibidemque extantem, cum male editam invenerim *antich. di Ercolano* t. VI (1771) p. 182 et apud Stephanium p. 27:

Apollo lyram tenens	Nympha sedens cum urceo	puer stans ad urnam columnae impositam	Nympha stans cum urceo
------------------------	----------------------------	---	---------------------------

M / ΝΙΠΠΟΣ ΙΑΤΡΟΣ ΥΠΑΛΠΙΝΟΣ ΝΥΜΦΑΙΣ
ΝΙΤΡΩΔΕΣΙ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΕϋΧΗΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

6787 [= 3515] Neapoli in museo inter anaglypha.

Nympha cum concha	Apollo s. lyram tenens; iuxta ara cui insidet avis	Nympha cum concha
----------------------	---	----------------------

ARGENNE · POPPAEAE · AVGVSTAE · AVGVSTI · LIBERTA
APOLLINI · ET · NYMPHIS · VOTVM · L · D

Descripsi ego, recognovit Dessau. Ed. Corcia *storia* II p. 163; Stephani p. 25; Avellino inscr. mus. Borb. p. 47 n. 71. Henzen 5409.

bello superati amiserunt (Strabo l. c.), scilicet Romanis eam tradiderunt post bellum a. 428 (supra p. 170). Nam aetate liberae rei publicae Aenariam populi Romani fuisse inde colligitur, quod Augustus *Capreas cum re publica Neapolitanorum permutavit Aenaria data* (Suetonius Aug. 92; Strabo l. c.), nec facile ob aliam causam Neapolitanis adimi potuit excepta supra dicta. Ab Augusto inde Aenaria Neapolitanorum mansit. Rem publicam suam insula ea certe aetate, cuius monumenta supersunt, nullam habuit (cf. Scylax c. 10: Πιθηκοῦσσα νῆσος καὶ πόλις Ἑλληνίς) nec titulos inde habemus praeter privatos sepulcrales paucos eosque qui pertinent ad aquas calidas apud auctores quoque memoratas (Strabo 5, 4, 9 p. 248: δοκεῖ δὲ τὰ θερμὰ ὕδατα ἐνταῦθα θεραπεύειν τοὺς λιθιῶντας; Plinius 31, 2, 9).

Προχύτη insula Graece, Latine *Procita*, hodie *Procida* Aenariae vicina, adhuc titulos nullos dedit, nec magis *Nesis* (Nisita), nisi falsum n. 1002* in censum vocamus.

Titulos in insula Ischia repertos ediderunt CHEVALLEY DE RIVAZ (*déscription des eaux minérales d'Ischia*. Neapoli 1835. 8); Nicolaus CORCIA (*storia delle due Sicilie* vol. II a. 1845); Ludolfus STEPHANI (titulorum Graecorum a L. Stephani collectorum particula V, ind. schol. Dorpat. a. 1850); AVELLINO (inscriptiones sacrae musei Borbonici 1857); D'ASCIA (*storia d'Ischia*. Neapoli 1867. 8.).

6788 [= 3516] Neapoli in museo inter anaglypha.

Apollo cum lyra inter arborem et grypum	Nympha cum concha	Nympha cum urceo	Nympha cum concha
--	----------------------	---------------------	----------------------

VOTO · SVSCEPTO
· APOLLINI · ET · NYMPHIS ·
M · VERRIVS · CRATERVS · SOLVIT

Descripsi ego, recognovit Dessau. Corcia *storia* II p. 163; Stephani p. 25; Avellino inscr. mus. Borbon. p. 46 n. 70.

6789 [= 3514] Ischiae rep., extat Neapoli in museo inter anaglypha.

VIVS · LEITVS · NYMPHIS · NITRÓDIS
VÓT · SOL · L · ANI
Erotes duo luctantes de ramo palmi vittato

Descripsi ego, recognovit Dessau. Ed. Chevalley de Rivaz p. 38; Braun *ant. Marmorw.* dec. II tab. Vb; Finati *mus. Borb.* vol. XIV tab. 34; Corcia *storia* II p. 163; Stephani p. 26; Avellino inscr. mus. Borb. 72 n. 103.

2 fin. ala Erotis quadratarium impediit quominus ANI vocabulum perscriberet.

6790 anaglyphum marmoreum. Coniectura ad Ischiam rettulerunt STEPHANI et WILMANS. Est Petropoli in *der Eremitage*.

FOLIA · HEROIS · NYMPHIS		
Nympha saxo imposita nens vas inversum unde aqua effluit	Nympha ex concha aquam effundens dens unde aqua effluit	Nympha saxo imposita nens vas inversum unde aqua effluit
NITRODIAES · D · D · CVRAVIT · M · V · D DIOMEDES		

Descripserunt G. Wilmans a. 1872 et I. Pomiatowsky a. 1880. Ed. Stephani apud Leontjeff in Propylaeis Russice scriptis vol. V (Moscoviae 1856) p. 274, q. n. v., et Koehne *musée de l'Ermitage im pèrial* (Petroburgi 1860) p. 356.

2 punctum inter m et v certum, inter v et d dubium. — *Nymphis Nitrodias* votum posuit nescio qui *M. Ud.... Diomedes* vel, si d ex dittographia venit, *M. V(alerius?) Diomedes*.

XXXVII. ABELLINVM (p. 127. 969).

ad n. 4454. Est in codice Londiniensi Harleiano 2574 saec. XV f. 75. Exemplum non differt.

8364 tabella marmorea rep. prope Atripaldam
alla Civita.

VERATIVS CAPRIV
S CVM CONI'GE
SVA VICIRIA MY
RINENE SE VIBOS M
5 EMORIA SIBI FECE
RVNT ET SVIS

Sogliano apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1884
p. 299.

XXXVIII. ABELLA (p. 136. 969).

ad p. 436. 442. In collectaneis codicis Neapolitani XIV D. 8 (v. index auctorum s. v. Anonymus Corvisierii) scripto a. 1525 adsunt epigrammata Abellanum unum n. 1217, Nolana autem n. 1258. 1262. 1267 (v. infra). 1272, item fragmenta sive Abellana sive Nolana n. 8365 sumpta omnia de ipsis saxis exemplis probis, versuum tamen divisione non observata.

XXXIX. NOLA (p. 142. 969).

ad n. 1267. Est item in cod. Neap. XIV D. 8
f. 35' collocata 'Nolae'. Est ibi 4 C·AESIAE
— 2 HIPARCHO — 4 GLITIONAE.

ad n. 1367. Diligentius inspecta editione in-
tellectum est versum Hebraicum a Remondi-
nio non ad titulum hunc referri, sed proponi
ut lectum in lucerna aenea.

8365 loco non adscripto, sed post Nolanam
X, 1258, ante Abellanam X, 1217, in codice
Neapolitano XIV D. 8 f. 36 leguntur haec sine
dubio trahenda ad alterum utrum oppidum
'in marmore fracto':

EMPRONIO
RVNTIAE
NGNAE·VXSORI
et in alio fracto:
VXSOR
et in alio:
VNXOR

XL. HERCVLANEVM (p. 156. 970).

ad n. 4408. Dele; est Venafrana infra n.
4845.

ad n. 8167. Iam prostat in lapidario Neapolitano
sub n. 409558, ubi a. 1882 excepi sic:

SALVTI
SACRVM

XLI. NEAPOLIS (p. 170. 970).

ad n. 1504. Extat Romae apud Institutum archaeologicum. Scr. 4
COMINIÓ — VERECVNDÓ — 2 DÍA — PÍSSIMO — 3 ΦONTEI8 et
suo versu ΚΑΠΙΤ.

ad n. 1537. V. 13 refert peregrinator Gallus a. 1574 (vide n. 8388)
f. 390 legens G·F — PLVS·M·A·L·D·B·DIE·III·SEPT·IMPER·D·V·MAVRITIO·
PP·AVG reliquis omissis.

XLII. PVTEOLI (p. 182. 971).

ad. p. 189. In museo Porticensi qui fuerint scripti lapides a. 1808
intelleximus ex inventario Petri la Vega nuper edito in documentorum
pertinentium ad historiam museorum Italicorum volumine quarto
p. XVIII—XX. Fuerunt autem hi:

Pompeiani (vel certe editi inter Pompeianos) n. 925. 1077. 1079.
Nolanus n. 1295.

Herculanensis n. 1452 (tabula aenea).

Putcolani n. 1556. 1596. 1597. 1631. 1636. 1644. 1650. 1666. 1690.
1691. 1761. 1790. 1820. 1831. 1885. 1912. 1954. 1971. 1997.
2016. 2025. 2068. 2157. 2186. 2202. 2224. 2359. 2427. 2498.
2615. 2661. 2777. 2829. 2830. 2831. 2832. 2833. 2847. 2972.
3161. 3225. 3229.

Misenenses n. 3377. 3379. 3448. 3486.

Cumani n. 3692. 3696.

Literninus n. 3714.

Aenarienses n. 6786—6788. 6791. 6793. 6794. 6796—6799.

Caprensus n. 6810.

Ausculanus vol. IX n. 678.

urbani vol. VI n. 1320 (*M. Porcius M. f. Cato*; originis urbanae
testimonia adsunt) et 9880 (*olla Iucundae sarcinatr.*; de origine
praeterea non constat, sed tabella est columbarii).

Ostiensis I. R. N. 6803.

Vellem eo indice uti potuissem in sylloge ordinanda; inde enim patet in
id museum lapides potissimum illatos esse repertos saeculo XVIII medio